nunquam floruit? Vos Antiqua illa ac aurea sae-
cula, quibus Beatus N. Notkerus in hoc mortali-
bus Beatis lusit, Vos inquam dicere potestis, qua
industria idem Beatissimus Pater huic studio diu
noctuque invigilaverit, quantumque invigilando
profecerit: dicant ipsae vt vocant Breviarij
lectiones quotannis recitari solitae, in templo pu-
blico? quid vultis amplius? nonne sine latinis aut
Graecis libris nunquam est visus? nonne Graecas Divi
Pauli Epistolas peregre à Vercellensi Episcopo peten=
das putavit, nonne easdem delicate descripsit? Quid?
Nonne noster Pius Burckardulus, ~~vt~~ habent an-
tiquitates nostrae in luce ~~edita~~ à Goldasto editae,
nonne inquam ille noster Burckardulus, qui Impera-
tori dixit, se velim Graecus vix sum Romana
latinos, id in tenero ac primo iuventutis flore Grae-
cis litteris operam dedit? Nos ergo Nos S. Galli pullos
se speremus, si ita ab illius clarissimorum filiorum
degeneres Graeca lingua, quam illi summa diligentia im-
plantarunt, implantatam miro studio propagarunt,
propagatam summa industria conservandam existimarunt,
non dico evellamus, extirpemus, est n. hoc barba-
rum nimis: neglectuine habeamus, quod ipsi Helvetiis
inhumanum esset sed non amemus, amplectamur ac
osculemur: quod nec ipsis satis dignumque foret.